

SCRIPTA

Numéro Scripta : 4135

Auteur(s) : André, Vitré (seigneur)

Bénéficiaire(s) : Louis IX, France (roi)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1236, avril

Lieu d'émission : Auvers

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

André, seigneur de Vitré, abandonne au roi Louis [IX] la réclamation du dédommagement pour la guerre du roi d'Angleterre et du comte de Bretagne pour lequel le roi Louis a donné audit André 6 000 livres tournois.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 1153, p. 315-316.

Texte établi d'après a

Andreas, dominus Vitriaci, universis ad quos presentes littere pervenerint, salutem. Notum facimus quod, pro restauratione dampnorum et deperditorum que nos sustinuimus occasione guerre regis Anglie et comitis Britannie, tam in amissione quam etiam in diminucione reddituum vel proventuum terre nostre facta, cum excellentissimo domino nostro Ludovico, Dei gratia, Francorum rege illustri, finali finatione de refecione castrorum nostrorum et molendinorum, de dampnis eciā et deperditis et assignamentis et de omnibus que ad amissionem vel diminucionem reddituum vel proventuum terre nostre pertinent, idem dominus rex tenetur nobis reddere apud Castrum Vire sex milia librarum turonensium in terminis inferius annotatis : videlicet in hoc instanti scacario, mille libras ; in festo Omnim Sanctorum proximo subsequenti, mille libras ; in festo Candelosse postea proximo subsequenti, duo milia librarum, et in festo Ascensionis Domini postea proximo subsequenti, duo milia librarum, et, si infra pagas predictas nos decedere contingeret, idem dominus rex executoribus testamenti nostri illud quod de dicta summa sex milium librarum turonensium deficeret, reddere teneretur. Et per hanc summam peccunie, quam idem dominus rex nobis donat, nos de omnibus supradictis, de quibus cum domino rege finale, sicut superius dictum est, finacionem fecimus, ipsum dominum regem et heredes suos absovimus (sic) im perpetuum et quitavimus. Persolutis autem dictis sex milibus librarum nobis vel executoribus nostris, nos vel executores nostri reddere tenemur domino regi litteras suas quas habemus de sex milibus librarum supradictis. Et sciendum quod nos tenemur receptare in castellis nostris ipsum dominum regem et gentes suas ad magnam vim et parvam, et servare bona fide, quousque heredes Britannie, videlicet Johannes, filius dicti comitis, et Yolensis, filia ejusdem, devenerint ad etatem viginti et unius anni, et fecerint domino regi quod facere debebunt. Et nos in homagio domini regis remanemus, nec veniemus ad homagium prefati comitis nec dictorum heredum Britannie, quousque dicti heredes venerint ad etatem viginti et unius anni et fecerint domino regi quod facere debebunt, nec nos coget ad hoc dominus rex sine voluntate et grato nostro. Actum apud Alver', anno Domini M° CC° tricesimo sexto, mense aprilis.